Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ministerium corporis et sanguinis ipsius. Sive ideo benedixit ut nos
ostenderet quae sumere debemus priusquam benedicamus. Et fecit. fregit prius panem
quem dedisset discipulis suis ut ostenderet quia corpus suum non ablatum
sua voluntate postea frangendum erat in cruce. Deditque discipulis suis dicens. ad eos. Accipite et manducate ex hoc omnes. hoc est
corpus meum. Similiter. i. simul in. postea quam cenatum est. i. postquam
cenaverunt. Calicem accipiens. scilicet. accipite et bibite ex eo. i. de calice. hic est enim calix novi sanguinis et novi testamenti. Novum testamentum dicit ad distinctionem veteris. Et novum dicit ad distinctionem typalis. Quin typale illud testamentum transitorium quod filius israel in deserto dedit. hoc autem quod dominus discipulis dedit. et omnium recte vocatur quia renovatur. Et eternum quia semper manebit. Testamentum novum est doctrina evangelica et apostolica in qua mysterium corporis et sanguinis domini nobis traditur. Si sciendum quia per sanguinem agnum datum est testamentum veteris. per sanguinem domini nostri ihesu et traditum est nobis mysterium fidei. Calix sanguinis domini ideo mysterium fidei dicitur quia secretam iste continet dispositionem. Per eum quippe fidelibus bibimus remissionem peccatorum nos percipere credimus. Misterium namque dicitur quod secretum et reconditum in se habet dispositionem. Qui sanguis. Pro vobis. i. populis qui loquebatur. et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hanc attendendum est quia non pro omnibus sed pro multis qui non salvantur sed tantum predestinati. Haec dicit. i. percipiens. Quotiescumque. i. et. dicens. ad eos. Hoc quotiescumque. i. quantiscumque. vobis. Facietis. i. in mea commemorationem facietis. i. mei memores eritis. Mortem meam predicabitis. i. memores eritis quemadmodum pro vobis crucis patibulum subeundo mori iussimus. Resurrectionem meam annuntiabitis. i. quemadmodum a mortuis resurrexerat spem nobis habiendi resurgendi. Adventum meum sperabitis. donec rursum de celis veniam ad vos. Adventum dominum veracem sperare debemus. quia revera quemadmodum primo ut nos redimeret venit. ita quemadmodum promisit venturus est ad iudicandum vivos et mortuos. Nisi. i. quae supra dicta quae dixerunt precepit. Et memores simus nos dominum tuum fecerit. Et plebs tua sancta. i. multitudo fidelium. Quae vocatur plebs sancta dicitur. quia sanctificata est per gratiam baptismatis et dominum spiritum sanctum. Dominum nostrum ihesu et passionis nec non abnegationis mirabilis resurrectionis. Ostrabili sunt dominum nostrum. i. a resurrectione quia non tantum ipse solus resurrexit sed multos alios secum resurgere fecit. Sive ideo mirabilis quia per mirum surrexit. Sedet nunc gloriosissime ascensionis
Gloriosissima fuit dominum ascensio in celum et cum electis adventibus angelis apostolis
per mirum ascendit in nube comitantibus. i. secutibus angelis.
Offerimus. i. domine pecuniam maiestatis tuae de tuis donis ac datis. Hostiam puram. i. mundam. hostia dicebatur antiquitus lactucam quae offerebatur adsumpandos hostes. i. aduersarios. Sancti et dominici i. e. boni dicuntur hostia fuisse. quae semetipsum obtulerunt domino pro in ara crucis. Ad